Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



flumina. Quoniam memor fuit uerbi sci
sui / quod habuit ad abraham puerum suum.
Et eduxit ppl̃m suum in exultatione / & electos suos in lẹtitia. Et dedit illis regiones
gentium / & labores ppl̃orum possederunt. Vt
custodiant iustificationes eius / & legem eius
requirant. ALLE.
Confitemini dño / quoniam bonus. quoniam
in sẹm misericordia eius. Quis loquetur
potentias dñi / auditas faciet omnes laudes eius.
Beati qui custodiunt iudicium / & faciunt
iustitiam in omni tempore. Memento nri
dñe in beneplacito ppli tui / uisita nos in
salutari tuo. Ad uidendum in bonitate
electorum tuorum / ad lẹtandum in lẹtitia gentis
tue / ut lauderis cum hereditate tua. Peccauimus cum patribus nris / iniuste egimus
iniquitatem fecimus. Patres nri in egypto
non intellexerunt mirabilia tua / non fuerunt memores multitudinis misericordie tue.
Et irritauerunt ascendentes in mare / mare